

Ortg mihi mota



Crescit in ortu

Amis solis ad ortu



desedo ducalem

Ortu



Totus ad ortu




Hinc deq et luc e



Eo a luce corusco



fortu et pro ortu



trium  
phat

Et morte victus est facta



*Titus*  
**ORIENTIS**  
**IMMORTALIS GLORIÆ,**

**IN OCCIDENTE,**

**VITÆ MORTALIS;**

**REGIO, DUCALI, & FÆDERATO**

**AFFINIVM, COGNATARVMq; FAMILIARVM SPLENDORE**

**SERENISSIMVS;**

**A CELSISSIMA DUCALI RADIVILIA-  
NA AQVILA**

**OBSERVATVS.**

**SVB PARENTALIA IVSTA,**

**SERENISSIMÆ, ac CELSISSIMÆ**

**S. R. I. PRINCIPIS,**

**DOMINÆ, D. CATHARINÆ**

**RADIVILIÆ,**

**Ducis in Nieswiez & Olyka, Procancellariæ M. D. L.**

*Atque*

**Publicis, mæstissimisque, Orbis Poloni & Litvani aspectibus,**

*Nec non,*

**ILLVSTRISSIMO, ac CELSISSIMO**

**S. R. I. PRINCIPI,**

**DOMINO, D. CAROLO STANISLAO**

**RADZIWIŁ, PROCANCELLARIO**

**M. D. L.**

*Duci in Olyka & Nieswiez, Comiti in Szydłowiec, Mir, Kroze, &  
Biała, Przemysliensi, Camenecensi, Krzyzewiensi &c. &c.*

**GVERNATORI:**

**propositus,**

**Ab Alma Academia, & Vniuersitate Vilnensi Soc: IESV.**

**Per Magnificum Dominum HIERONYMV M GODEBSKI, Ve-**  
**xilliferidam Pinscensem,**

**In eadem Alma Vniuersitate, Eloquentiæ Auditorem.**

**Anno, ab Ortu Solis Increati, super occasum humani generis**

**MDCXCV.**

*Typis Vniuersitatis Vilnensis Societatis IESV*



# Illustrissime ac Celsissime Prin. ceps.



*R*ientem immortalis Gloria, in Occidente  
Vitæ Mortalis, a Celsissima Ducali Aquila  
Tua observatum, Tibi, & Patriæ universæ,  
ad propulsandas publici doloris umbras, pro-  
ponit Alma Academia Vilmensis. Nimirum,  
presumit illa, tum Celsissime, ac Potentissime Ducalis  
Domus Tuæ, tot tantisq; beneficijs munita; tum SE-  
RENISSIMÆ PRINCIPIS CATHARINÆ, Au-  
gustæ Genitricis Tuæ, immortalibus firmata virtuti-  
bus, insuperabilibus fatis se se opponere, & Serenissi-  
mam Genitricem Tuam, in communi omnibus terra-  
rum Serenitatibus occidente constitutam, in Oriente  
statuere: imò novo, & vulgatis fatorum legibus adver-  
so paradoxo, in Occidente Orientem proponere, & adora-  
re. Aversentur tristem eiusmodi Purpuratorum Lu-  
minum occasum, in solum Orientem intenta, ignava &  
ignobilia Fortune mancipia; nos, Princeps Inchyte, Di-  
vam Genitricem Tuam, in fatali etiam Occasu, Sere-  
nissimam agnoscimus. Quamquam mortualium hic po-  
tius umbrarum occasus est, mortalisq; dici supremus  
vesper; immortalitatis verò Ortus, diemq; Æternitatis  
auspicans serenissimum mane, dici meretur. Neq; va-  
nus, vel improbus labor est, Orientem in Occidente qua-  
rere, aut superstitiosus cultus, adorare. Regius is olim,  
Regniq; auspex aspectus erat, Orientem in Occidente  
observasse. Vidit attonitus orbis, post immanem tragi-  
camq; illam Tyrriorum cladem, dum sanguinaria servo-  
rum crudelitas, sublatis suis Principibus, Regnum illi de-  
ferendum statuisset, qui primus solem vidisset Orientem:  
vidit, inquam, illi Regnum delatum, qui reliquis ad  
Ori-

175  
16:  
8.

Orientem conuersis solem, sublimi Stratonis ( quem serua uerat ) consilio, in Occidentem uersus, prior omnibus, fulgorem solis in summo Civitatis fastigio ostendit, obseruatumq; Orientem in Occidente solem, Regni auspiciem, Regieq; Serenitatis authorem adorauit. Placuit Erudito Academici Equitis conspectui, ingeniosum Tyrii Dynastæ inuentum, regnatore Pileo emancipati serui, coronantis fidelitatem. Arrisit Occidens PRINCIPIS CATHARINÆ, gloriosissimo beneficoq; Serenissimus Oriente. Hac igitur statione, prouum in Tui uenerationem, Princeps Celsissime, passum tenemus, in eoq; quo ad gemitum usq; & ad lacrymas, Tuo dolori consentiens Patria grauat uersa occasu, Serenissimum Orientem proponit. Concedes, Princeps Inclyte, beneficam beneuolamq; pupillam, Augustis Materni Orientis Splendoribus obseruandis, ipsam quoq; obsequiose sepiæ nubem, Illustrissimo Ducali aspectu Tuo serenabis. *Viue*, Principum Gloriosissime, & ex eodem Oriente, quem Princeps Serenissima exhibet, Academia proponit, Clientis Tui, prona in tutelarem Principis sui Maiestatem, presentat demissio; Tibi aurei dies & anni, lustra & Olympiades exoriantur. Tibi CAROLE fortunatissime,

Candidi soles, veterisq; uenæ  
Fontibus nati, reuocentur anni;  
Grandinet gemmis, riguoq; cælum  
Depluat auro.

Ita precatur, è voto Alma Vniuersitatis Vilnensis,

Nomini ac Honori RADIVILIANO deuotissima,

HIERONYMVS GODEBSKI

Vexilliferides Pincensis,

In Alma Vniuersitate Vilnensi Eloquentiæ Auditor.

Sarbi  
eius  
lib: 1.  
ed: 1.



SPLENDOR REGIVS  
 IMMORTALIS GLORIÆ  
 IN OCCIDENTE VITÆ MORTALIS  
 A DVCALI RADIVILIA.  
 NA AQVILA

Observatus.



OC demum est CAROLE Principum  
 gloriosissime, Ducalem Maiestatem Re-  
 gia Augustam cognatione, Potentissi-  
 mæ Serenitatis participem esse; inde  
 etiam inextincta innubique luce con-  
 surgere,

surgere, ubi exilia orbis lumina, communi vitæ & gloria occasu tumulantur. Hoc Vos æterna Luminaria, breves ad modicumq; parentes fulgores seu fulgura exceditis, quod ibi maiori luce fulgere incipitis, ubi desinitis: occidentis in tumulo, orientis lucis cunabula ponitis: crescere, vitæ serenissimæ iubar, ubi decrescit; Hesperum Phosphoro præire, citra prodigium experiamini. Delitescant in atrafatorum nocte, quorum eandem vitæ & gloria diem, idem sepelivit occasus; imbellium imbecilliumvè igniculorum est, tenui fumo opprimi; lento turbine dissipari, at violentam temporum tempestatem sustinere ac vincere, cimmerias fatorum noctes dissipare, in caliginosa mortis ecclipsi meridiani instar solis lucere, id demum Poterum est, Ducale est, **RADIVILIANVM** est. Attolle publico mærore pressos oculos Orbis Polone Litvaneq; , move si potes parentalibus lachrimis gravem pupillam, sequere magnarum alarum lucisq; amicum Alitem, **RADIVILIANAM AQVILAM**, hocce Augusti Ministri luminis ex eodem polo, diem publicæ serenitatis derivaturus, ex quo tetram mæroris noctem, tristi fatorum ministerio contraxisti. Huc Potentissima ac Invictissima Poloniarum Maiestas, illa quibus Christianum illustrat orbem, lumina; huc Auguste Gentis utriusq; Senatus, Patres Patriæ, Belli pacisq; Numina, huc Martiæ ordinis Equestris Animæ, Magni Sago Togaq; Heroes, vestros convertite aspectus; ubi suam, dignam Poloniæ oculo pupillam, Ducalis **RADIVILIANA AQVILA** defixam habet. Ad orientem germanam Aquilæ sobolem provoco, Polonos ad polum, Regia serenitate, Avitis Magnorum Ducum luminibus, ad Cælorum invdiam, ad Terrarum prodigium, coruscantem. Quid-

quid

quid enimvero, magnis annorum intervallis aliorum  
diffitus ortus ab occasu Augustæ lucis ostentat, quid-  
quid maturior gloriæ iactat meridies, quidquid pro-  
vectus per minora Dignitatum sydera, ad supremum  
solij solem exhibet vesper, omnia honoratæ lucis  
prodigia in se collecta Serenissimæ Principis CA-  
THARINÆ gloriosus ostentat *oriens in occidente*.  
Eluet promeritis lacrimis inconsultam audaciam, qui  
audacem in hunc solem palpebram defixerit. Nec  
exiguum enim Ducalis orientis aspectum, avarum ta-  
lium Luminum Cælum concedit, sine censu tributa-  
rio lacrymarum: Nec penna nimium confidenti, in  
hoc gloriæ sudo apricari tutum est oratori, ne ma-  
le audacis præsumptionis vindex expertus lumen, no-  
vo orbem concutiat, Icarix sonitu ruinæ. Per partes  
& è longinquo tanta observanda Serenitas, ne tota  
simul visa gloria, inglorium opprimat scrutatorem.  
Oriens gloriæ immortalis, quem in lugubri vitæ mor-  
talis occasu Princeps RADIVILIA orbi exhibet,  
nusquam tutius, quàm in Serenissimo Splendorum  
Comitatu spectari potest. Divinitatis nimirum est  
suâ se involvere Maestate, in seq; invisibilem. in  
spectabili universi vultu elucere, & sol, splendidus u-  
niversi oculus, & vicinæ soli soliorum Serenitates, tu-  
tius in minoribus Astris, quæ illustrant, vel in circum-  
fuso radiorum videntur comitatu. Via igitur A-  
QVILÆ ad hunc Ducalem gloriæ immortalis ori-  
entem provolantis, dum oratoriâ pennâ provehitur  
Panegyris, animum in admirationem, attonitam in ve-  
nerationem pupillam, rapit Splendor orientis seu im-  
mensa quædam coronatæ lucis magnitudo, quæ patrio  
non conclusa polo, in orientem & occidentem, in se-  
ptemtrionem & meridiem, per propulsatas fatorum  
umbras, solis æmula serenitate se se extendit. Pro



tropico, Scutum coronatum occupavit, quod alterâ  
sui parte in lunam, metuenda & adhuc recenti tabo  
rubentia fulmina vibrat, alterâ in provolantium A-  
quilarum pupillam amæno lumine descendit. Novi  
Augustum Lumen, novi Augusti luminis baiulum  
Vmbonem. Tuæ hæc est immortalitatis Serenitas,  
**CATHARINA** Principum fortunatissima, Tuus  
oriens in occasu, Tuum Gentilitium Regale Scu-  
tum, lucis immortalis sedes, Poloni solis Regia, ad-  
versus tristes fatorum noctes præsidium triumphale.  
Hic est Princeps Serenissima Regius Splendor Tu-  
us, hæc Splendoris Maiestas, quam tributaria Pane-  
gyri adorare volenti Academia, satis est dixisse, Se-  
renissimam. Splendeant commodata luce cæteri ter-  
rarum soles, rarusq; Domi nato iubare colluceat, à  
tenebris alij, ab arcana scilicet, & intra terrorem Ma-  
iestate conclusa luceant, sed ut noctilucæ; accendant  
alij lumen in aquis clari precario gemmarum à Splen-  
dore; Tuus Principum Maxima oriens, proprio  
splendore serenissimus, quia splendor Domesticâ,  
germanâ, Regius serenitate: Illa nimirum quæ à Po-  
lo dictam Poloniam ad vicinarum Gentium & Re-  
gnorum admirationem, Maiestatem Sarmatiæ, ad pa-  
vorem & reverentiam hostium hodie illustrat sereni-  
tas, in splendorem Ducalis **RADIVILIANI** ori-  
entis transijt, ut solem se probaret, cui tam solenne  
est innubem Gloriæ Fortunæq; diem efficere, quàm  
nubilas fatorum noctes in vicarijs astroium splendo-  
ribus illustrare. In hoc demum Splendore Regio vi-  
det ( quantum per nubem lachrimarum potest ) Po-  
lonia, formidandas illis othomanicis Phrygibus flam-  
mas, quibus toties Tauricanum arsit Illium & glacia-  
lis Caucasus incanduit, ut rumperetur, dehisceretq; .  
Cernit Mavortiales ignes, quas Potentissimus Polo-  
niam

niarum Ignipotens, è Martio Scuto, dicere potius debui, ex conscia Divinitatis Ægide, ceu è sphæra ignis Martij accendit, ut barbarum Orientem extingveret. Intremuit toties Thracius Hæmus, quoties hic Potentissimus Poloniæ Tonans, è Maiestate Polona, ceu è nativa Bellicorum Fulminum Regione detonaret, concussum fauciumq; caput nunquam erecturus, nisi fulmina Iovis nostri declinare potius gnarus, quàm resistendo excipere, idem cum laureis caput in venerationem submisisset. Quodsi sæpius dura hæc & tot Regnorum fragmentis famosa Caudes, resistisse memoratur; restitit toties, ut aliquando concussa everteretur; vel ut olim Romanæ Militiæ Carthago, ita hæc orientalis Scylla, *cor esset Iovis* Poloni fulminibus irritandis, fulmineisq; Polonorum gladijs acuendis. Cecidisset Orbis, si quò caderet habuisset, dum per oppressarum ruinas Gentium, cladibus tot Provinciarum elatus Othomannus, subiugato Græciæ, Macedoniæq; Imperio; per immensas septuaginta quinque Regnorum ruinas, per Pannoniam Germaniamq; ceu per orbis latera, acto victorioso ferro, orbis & urbium caput impetebat: intremuit tunc convulsis ultimis Terrarum cardinibus mundus.

*Quæsitumq; diu qua tandem poneret arce*

*Terrarum fortuna caput. Sil: Ital: l. i. belli Punici*  
Iam in Orientem inclinabat suum secutus nomen Occidens, obstupescente, ac in primævum chaos mundum ruere existimante Naturâ, postquam prodigiosa confusione Oriens in Occidente esse cæpisset, mox in meridie & septentrione futurus: verùm enimverò non Oriens, sed tristis illè fatalisq; tum ipsius Occidentis, tum cæterarum Orbis plagarum occasus dici merebatur, quem *nubila, horrida, terribilis* Christiano Nomini nox sequebatur, lethali somno tot infelices Endymiones,

quot Principes Orthodoxos oppressura. In atram  
 eclipsim compulso Imperij Sole, nocturnus Planeta  
 Thaurica Phæbe, Imperialem polum ascendebat, &  
 formidando Terris plenilunio, suum perficiebat or-  
 bem, ut perfectius Christianum conficeret. Æstro  
 Bellonæ Lunaticos Oriētis exagitante, quidquid Au-  
 striam inter Pannoniamq; erat, barbaro Furori in  
 prædam cessit, malecornuto Planeta in animo Lunati-  
 corum id operante, nec aliter implendo, nisi post-  
 quam totam Europam exhauriret. In illa nimirum  
 supremæ calamitatis nocte syderis instar antelucani  
 ortus ab occasu IOANNES III. suum Imperio So-  
 lem reduxit, postquam solio Imperatorem restituif-  
 set: Novum tunc Salvatorē, Te Regū maxime, con-  
 fessa Germania, Othomannica Luna adoravit, sed non  
 ut illum Ægyptium somniantem, sed noctes diesq;  
 pro salute Orbis Christiani ducentem pervigiles.  
 Nempe non alit somnolentos Polonia Endymiones  
 quibus Lunæ amor pro Numine sit, in Trivijs He-  
 cate ista triformis utiq; mundi Domina colatur licet,  
 Polonis ut olim Romanæ Nobilitati Luna semper ad  
 pedes hæret. Stetisti Christianæ salutis Stator inter  
 ruinas Orbis, alijs corpore, alijs animo cadentibus, so-  
 lus immotus, Regum Invictissime, Tu nempè in su-  
 premo illo Orbis discrimine.

*Sola pericli*

*Turris eras, Clypeusq; Duci porrectus in hostem. Claud.*  
 Magna hæc Tua, fateor, pro Christiano Nomine &  
 Invicta in Belli Imperatore, pro Imperio fortitudo:  
 at quæ pro Tua gessisti Polonia ô Rex pronius est  
 silentio, quàm Panegyri adorare. Quæ Tyras Bori-  
 sthenesq; spectavit dicerem, iam se mihi Musurma-  
 nicis cladibus tumidus Ister obijcit. Depressos Vi-  
 ctore Gladio Domesticoq; Bello Vkrainenses Rebel-

les, redditam Polono iuri, per Te Braſlaviam, Kalnicum, Pawoſocz, vicinas cælo arces referrem? Occurrit Dacia Moldaviaq; à Te toties captivata. Svecum è vicifceribus exactum Poloniæ prædicarem? Animum calamumq; rapit tempeſtuofus Budziaceniſium, Crimenſiumq; Prædonum nimbus, unico Tuo aſpectu, unico Imperatoriæ Clavæ motu, à Patriæ finibus retro actus diſſipatusq;. Cùm igitur magnitudine rerum à Te geſtarum, Regum glorioſiſſime, ſingula promerito perſtringere non valeam, illud de Te cum Pacato dixiſſe ſufficiat, *unum Te divinitus extiſſe, in quo Martiæ virtutes ſimul omnes vigent, quæ ſingulæ in omnibus prædicantur.* Nullæ Tibi veriùs quàm olim Annibali, etiam iuveni feriæ contigerunt, Baſilica habuiſti ſub tentorio palatia, dulces inter lituos & fulmina bellica ſomnos, ad extremum Tibi.

*Totaq; ſub galeis Mæortia canuit etas.* Claud. Hoc tanto, tamq; prodigioſo Splendore Regio, Sereniſſimum Orientem immortalis gloriæ, in occidente vitæ mortalis Avitumq; intenditis pænè in immenſum Serenitate Veſtrâ, **IACOBE, ALEXANDER, CONSTANTINE** Principes Sereniſſimi. Glorientur alij, & ſuprema Deorum cognatione ſua attollant cunabula: ſit à Iove tertius Ajax, à Phæbo Phæéton, à Neptuno Neoptelemus, à Thethide Achilles, à Marte Romulus, iactent quod ſint *alto ſati à ſanguine Divum*: Vobis, Magni Principes, ſufficit Rege humano, à quo Divis exæquaremini in Regni, imò in Orbis Chriſtiani ſerenitatem ortos eſſe. Poſuiſti **IACOBE**, Principum glorioſiſſime, prima rudimenta militiæ, Victorias: feliciùs longè quàm ſub Amilcare Annibal, ſub Theodoſio Honorius, ſub Invictiſſimo Genitore. Vidit Te Oculus Europæ

Lat  
nus  
Pac.  
tus  
in F  
neg.  
rico  
The  
odoſt  
Aug  
ſti.

Vienna, Paternæ virtutis non spectatorem curiosum tantum, verum etiam strenuum imitatore: discebas fortia agere, agendo fortissima; Patriam imitari fortitudinem, fortissimum Genitorem per tela, per enses, per præsentissima vitæ sequendo pericula.

Discat orbis *fortes creari fortibus*, si ubi id inter apocrypha degener à magnis Maioribus partus numerare docuit, in Regnatrice **SOBIESCIANA** Domo, oraculi fidem habere: **Avita** nimirum fortitudo, alibi rarò posthuma, hic hæreditatis iure transit in posteros, princepsq; privilegium ad hæreditatem, **Avitæ** fortunæ & gloriæ est, virtutem **Avorum** occupasse. At vos **Coronæ Lechicæ gemmæ**, **Gentis liberæ Deliciæ**, **Ledæis syderibus Polonæ Argo** faventiora **Lumina**, Par Fratrum **Serenissimum ALEXANDER & CONSTANTINE**, qua demum **Serenitate Regium Splendorem**, **Avitum** scilicet **Serenissimæ Principis CATHARINÆ** in occidente orientem intenditis extenditisque. Efficiant alios *divisa beatos Maiorum Lumina*, Vos **Vestrorum Divorum** collecta tenetis; *in reliquis scintilla micet, Vos toti Avorum ignibus ardescitis*. Quidquid in vobis cernit **Polonia**, gloriosum est, & usq; ad nomina summum **Regiumque**. Nihil habet in **Vobis** frequens etiam **Maiestatum comes magni Nominis umbra**; mensuram enim tantorum nominum, quanta geritis, implet par tantis **Nominibus** virtus, quæ quia undiq; **Serenissima** est, nullum vel præviæ, vel succedaneæ umbræ locum relinquit; undiq; enim **Serenissimi**, & in **Maioribus** qui **Vos** antecesserunt, & in **Vobis** qui **Serenissimis** **Serenissimi** succeditis. Credo ego fatidico entheo **Vos**, **Vestrumq; Principem genium**, à magno **Vate** descriptum.

*Cæpistis qua finis erat primordia vestra*

*Vix pauci meruere senes: metasq; tenetis  
Ante, genas dulces quam flos iuuenilis inumbret  
Oraq; videnti lanugine vestiat etas. Claudianus.*

Vestrum est, Vestrum ô Princeps illud, quod de Augusta Regum progenie scriptum posteritati reliquit Gallicus Senator. *Magnates sunt recens nati rationis capaces, ubi infantiam exuunt; senes, hoc est plane sapientes, ubi primum adoleverint, distribuyente quasi per miraculum Deo heroicis animis, quod acquirunt viles in tempore.* Crescite Principes Serenissimi in grandia Orbis Christiani columina, in sublime Scriptoribus argumentum. Vos spectant, Curtij suos Alexandros, Traianos Plinij, Theodosios Pacati, Nazarij Constantinos. Crescite, Avitumq; immortalis Glorix orientem, in meridie serenissimo, & nulli occasui obnoxio conservate.

Hic est, CAROLE Princeps Celsissime, splendor Regius immortalis Glorix, in occidente vitæ mortalis, à Serenissima Genitrice Tua, Tibi ad propulsandas caliginosi mæroris nubes, in monumentum nunquam extinguendi Materni amoris, super Regali Scuto propositus, à Celsissima Ducali Aquila Tua observatus. Cedent in nativum chaos exosa mæstæ noctis pignora, dolor tristitiaq; ad tantæ exortum serenitatis, quæ ab ipso occasu consurgit serenissima; ut communem hanc omnibus serenitatibus comitem mortis umbram, Tibi Tuoq; Ducali Polo hodie infestissimam, hoc pleniùs propulset, quò ab ipso occasu (qui utiq; hæreditaria umbrarum domus est) eliminet & in obliviosam Lethen compellat.

Tu verò iurata Regum Ducumq; encomiastes Fama, immortalibus Serenissimæ CATHARINÆ Manibus obærata, impigro volatu super Polonum eluctata Orbem, in Carpathijs subsiste iugis, commodatisq; ab

**AQVILA RADIVILIANA** tubis, Augustos  
Europæ totius oculos, ad Orientem immortalis Gloriz,  
in Occidente vitæ mortalis spectandum, convoca  
congregaque.

Convolute Magnarum Alarum Aquilæ  
Imperiales, Regiæ, Ducalesq;  
Huc adeste, ubi est Corpus  
**SERENISSIMÆ**  
Illius, quæ Imperij Romano-Germanici Princeps,  
Poloni Principis Germana,  
Dux, & Ducum Mater fuit.

Erravi:

Dicere debui est;  
Imò fuit, & est.

Fuisse nimirum illam vita mortalis,  
Esse mors vitalis demonstrat.  
Vivere necesse habet in Morte,  
Quæ mortua est, ut esset immortalis.  
Ducalè Mausolæum cave ullus lugubri Lesso funestes,  
Lætum potiùs Epithalamion exigit,  
Iste immortalitatis thalamus,  
In quo Phœnix Principum, (nascitur.  
**CATHARINA**; Princeps, ad immortalitatem re-  
Lumina circumlucentia nemo lugubria funalia dicat,  
Geniales sunt ignes,  
Lucinæ, non Proserpinæ tædæ,  
E Regijs, Ducalibus, Senatorijs Ceris confectæ,  
Ex Polona accensæ Serenitate.

Vmbras Parentales, assveta Soli Lumina ne metuite!  
Immortalitatis hæ diem auspiciantur, non terminant,  
Crepusculum enim matutinum, non vespertinum de-  
Lumen quod super Regio Scuto, (signant.

In **RADIVILIANO** Polo cernitis,  
Phosphorus antelucanum sydus,

Non Hesperus noctis anteaambulo est,

Imò auspicatus Horoscopus,

E cineribus vitæ mortalis,

Gloriæ immortalis renascentis.

Cometen dicite si placet,

Fatis, Parcis, & Inimico Livori formidandum.

Quanquam istud primæ magnitudinis Astrum,

Magnum de Sydere Sydus, & Solem de Sole refert;

Imò ipse Sol immortalitatis est,

A quo Illustrissima RADIVILIORVM Lumina,

Id habent,

Quod Ducali Splendore, ad Regnatricem Serenitatẽ

Tuum Occasum Oratoria hæc umbra cælat, (accedant.

Tuum in Occasu Ortum Tua Serenitas explicat,

**CATHARINA** Principum gloriosissima.

Summa Tua in Occasu serenitas est,

ut Orientem Orbis esse sciat,

In quo potentius utiq; Solis iubar est, quàm in Meridie

Innumeri qui Te circumfluunt radij, (vel Occasu.

Virtutum Tuarum Serenissimi Splendores sunt,

Qui & si Te Serenissimam reperiunt,

Otiosi tamen non sunt,

Faciunt enim, Serenissimis Sereniorum

Illis, quibus Serenitas est in Origine sola.

Obscuræ futuræ, nisi non de suo lucerent.

Solem Te id probat & prodit Orbi,

Quod æquè excelsa Montium iuga,

Ac humiles valles illustras,

Æquè spatiosis Te infers atrijs,

Ac rimis angustis insinuas.

Perinde Tibi est Principum Beneficentissima,

Regum Augustalia & Religiosorum Asceteria,

Principum Turres, & Pauperum casas illustrare.

Nec inani aut sterili luce;



Sparfisti semper radios aureos,  
In ima despectaq; mundo terræ viscera,  
Vt aurum efficeres,

In Tuæ Coronam æternitatis.

Quantum in Ecclesias pretiosæ lucis profudisti!

Prona in omnes, ne beneficijs luceres nulli;

Memor cum Vniversa Polona Litvanaque,

Tum maximè **RADIVILIANA** Nesuisiensis  
Societas **IESV**.

Quam auxisti ut Fundatrix,

Fovisti ut Mater;

Illustrâsti ut Serenissima.

Imò post fata benefica,

Vivere priùs desijisti, quàm largiendo lucere.

Sæculum non diem amisisse videbaris,

Qua prodigam lucem, in Ecclesias Egentesq; non

Hinc Hospitalia miserorum alyla. (sparfisti:

Nova erecta, vetera correcta, & dotata;

Vt in ea, ceu fixum Polum,

Platearum Sydera errantia colligeres defigeresq; ,

Tuum Occidentem,

Seu potiùs Orientem in Occidente illustratura.

At O:

*Invida fata pijs, & Sors ingentibus actis,*

Tanto amisso bono,

Seram in cinere mortuali agimus pænitentiam.

Obtenebrati sunt oculi nostri,

Tam benefico Sole,

Mortis patiente Ecclipsim;

An potiùs mortualem Occasum.

At Collige Te, Inconsulte Dolor!

In Occasu quidem constitit Serenissima **CATHA-**

Sed non occidit. (**RINA,**

Imò sefenior ab Occasu exoritur.

Nimirum.

Et Ipsa Sibi ne occidere posset,

Et CAROLVS CATHARINÆ providit,

Filius Celsissimus, Serenissimæ Matri;

Lucem reddens, quam accepit.

Disce Orbis,

Mater Patriæ,

Dum Patrem eidem parit,

post funera, nascitura;

Suis bene providit natalibus,

Patrem enim in filio habet.

Tu verò

CATHARINA Princeps

Regio Ducalem,

Superadde Splendorem,

Sereniorem Tuam propositura

*ORIENTEM in OCCIDENTE.*



203516

D

SPLEN-



SPLENDOR DUCALIS  
 IMMORTALIS GLORIÆ  
 IN OCCIDENTE VITÆ MORTALIS  
 A DUCALI RADIVILIA.  
 NA AQVILA

Observatus.

**R**omove Celsissimam, Aquilinam pupillam,  
 Serenissimo Regiè pastam Splendore; à  
 Materno ad Avitum, Paternumquè; à Re-  
 gio, ad Ducalem Splendorem, CAROLE  
 Principum Celsissime. Sequitur Cognatum suus,  
 Domicq;

Domiq; natus Splendor; ut Oriens immortalis Glo-  
riæ in Occidente vitæ mortalis, à Serenissima Geni-  
trice Tua, Polono Litvanoq; Orbi propositus, iure  
hereditario Tuus sit, quia Divorum Maiorum Tuo-  
rum Tuâq; perennaturâ luce Celsissimus, Illustrissi-  
musquè. Parùm erat Serenissimæ Principi CA-  
THARINÆ, immortalis Gloriæ Orientem, Re-  
gio solum Splendore Serenissimum exhibere, ne in  
Regali Polo oriui videretur, occidere in Ducali; qui,  
nonnisi proprijs fulgere amat luminibus; vel alienis,  
si Domi natæ luci, fæderato splendore locientur.  
Parùm erat & Tibi CAROLE Princeps Magna-  
nime, Domesticâ viduatam, luce Cognatâ Serenissi-  
mum, Ducalem spectare Polum. Non minus enim  
generosa, quàm perspicax Ducalis Aquilæ Tux pu-  
pilla est: discernit suum ab alieno iubar, contrahitq;  
Celsissimas palpebras, si non suo lumine impleantur.  
Exosum habet Ducalis iste Rex Avium, populari-  
um ingenium Cornicularum, quibus nihil splendidi-  
ùs, quàm alienis coloribus, splendoribusq; illustrari,  
& commodatas pennas, non suis ceris, sibi affixas i-  
deo attollere, ut in sublime provectæ, ante fidem So-  
lis, iudiciumq; Poli appareant, adsciticijs tumuisse de-  
coribus, & alienis luminibus splenduisse, vel ut Sole  
publico incalescentes, novos Orbi Icaros restituant.  
Odi & illa nimium exilia lumina, quæ ut virtutis  
splendorem, ad prodigium extollant, omne id, quid-  
quid Augustæ Lucis, ab Avito sanguine oboritur,  
quali non suum affectatâ quadam censurâ rejiciunt.  
Non est tam livida virtutis Maiestas, quæ suos fastu  
quodam improvido splendores involvat, idq; extin-  
gvat, quo serenior videatur. Illa demum virtutis se-  
renitas salutaribus per Orbem luminibus radiat, quam  
Avita Gloria, perennesq; ex purpuratis cineribus, ex-

citati ignes illustravere: ut enim fulgura, sic ex tenebris  
erumpentia lumina non fulgent, nisi ut noceant; at quæ  
proficuo iubare illustrat Orbem Serenitas Solis, tot  
sæculis inter continuatas occidendi, oriendiq; vices  
propagato imperio, fortunatæ didicit præesse diei.  
Bonam, auspiciatamq; Imperijs diem, cuius meridiem  
serenum mane antecessit, & maturior vesper pro te-  
nebroso non erubuit ortu! Hinc illa sæcunda Or-  
bis Lumina, Primi Constantini, Primi Theodosij,  
Rudolphi Primi, Primi, ut centum Sileam Nostri  
Vladislai, Primæ non tam nomine, quàm derivandâ  
in Augustam posteritatem luce Serenitates, nunquam  
hoc nomine coronandæ, nisi quâ primùm Orbi illu-  
xere Maiestate, mox à se orituris serenitatibus præ-  
luxissent. Intuere iam Polone, Litvanæq; Orbis,  
quanta Prima! quanta Primis Secunda! Tertiaq; Se-  
cundis, Millena Centenis Lumina Luminibus orta, in  
Ducalemque **RADIVILIANVM** Splendorem  
collecta, gloriosum Serenissimæ Principis **CATHA-  
RINÆ** Orientem in Occidente illustrant! Celsissi-  
mam ego Ducalem hanc Domum à quater centenis  
annis in Regno Polonia, & M. D. Litvanæ inex-  
tinctâ, & violenta fatorum tempestate, magis accensâ,  
& propagatâ Luce radiantem, Solis Regiam dixero,  
nisi se Augustiorem Astorum Regionem dici malit,  
tot tantisq; Luminibus numerosa Serenitas, à qua A-  
ræ, & Foci, Iani, & Martis Basilicæ, Themidis, &  
Tritoniæ Sacraia, Divinum; quibus Orthodoxa pe-  
ctora accenderent, Martium; quibus hostium in Pa-  
triæ damna, intentos oculos exurerent, Senatorium;  
quo Augusta Senatûs Poloni, Litvaniq; ingenia illu-  
strarent, Lumen derivarunt. Extingvantur valido  
Livoris Spiritu cætera Minorum Gentium Lumina,  
insidientur alijs malè audaces Promethei, ut cælestia

hæc propin quarum Cælo stirpium luminaria, in imas  
terras, iisdem animandas transportent: Erratica deniq;  
alibi sint hæc sidera, at in Celsissima Ducali RA-  
DIVILIANA Domo, vetustissimæ Gloriæ Deco-  
ra, nullis invidi Livoris conatibus extingvuntur; ut-  
pote, quæ semper amica fata, veterum Vestalium re-  
ligione, gentilibus Ceris, congestisq; primarum in  
Republica Dignitatum insignibus nutriunt, & conser-  
vant. Deniq; sidera hæc alibi errantia, in RADI-  
VILIANO fixa sunt Cælo; quæ innubi per tot sæ-  
cula splendore radiasse, radiareq; Regnatrices Polo-  
niæ Aquilæ intuentur. Hæc demum belli pacisq;  
fulgoribus, Polonæ Togæ sagiq; Illustrissima Lumina,  
(quibus Ducalis Oriens, æmulâ Solis serenitate col-  
lucet.) Recensere, sola eorundem Arbitra ac Cu-  
stos valebit æternitas. Sufficiet ad Posterorum me-  
moriæ, ad immortalem Ducalis Splendoris Sereni-  
tatem, plurima in paucis conclusa, humili panegyri a-  
dorare, geniumq; Astrorum imitari, quæ quò maio-  
ra sunt, eò altiorem in Polo locum obtinent, ut diffi-  
ciliùs visæ, graviori sublunaris mundi admiratione  
colantur.

Primævos Ducalis Splendoris Ortus, quantum  
invalida pupilla capit, quatuor sæculorum vetustas  
proponit, tanta enim Magnorum Ducum Serenitas,  
quantam hodie in Polo Poloniæ, Orbis admirator  
observat, per diuturna intensa, & extensa est incre-  
menta, adverso illis luminibus fato, quæ subitò ma-  
gna, mox nulla; famosum in Oriente Occasum pati-  
untur.

Primus istorum, quæ prona Polonia, Litvaniaq; a-  
doravit, Luminum Pater, extendit cum Sole Ducale  
Iubar, imò ipse, è vetusta OSTIKORVM Ducum  
Familia, ceu Sol Océano, Ducale extulit caput NI-

**COLAVS I. RADZIWIŁ** Narimundi Magni Li-  
 tyvaniæ Ducis Pronepos; Marefchalco Magni M. D.  
 L. in Sago Mars, in Toga Conf. Stupuere Ultravol-  
 gēfes, Krimēfes, Perecopēfes Scythæ, parē Orbis Im-  
 perio **NICOLAI** Potētīā, cū **Alexādi Vitoldi**, Ma-  
 gni Litvaniæ Ducis copijs, auspicijsq; ſtipatus, geminos  
 Hanos, ad Principatū Scythicū ſublimaret, duræ cer-  
 vicis barbaros, ſub iugū, **Legē**, & **Regem**, victore gla-  
 dio compellendo. Dignum hunc Regum Arbitrum  
 Sceptris cenſuere barbari, niſi **NICOLAUS** glori-  
 oſius cenſuiſſet, **Reges** dare, quā regnare. Nec  
 minori illum in Patrio Senatu authoritate, potentiā-  
 quē valuiſſe, expertus **CASIMIRVS IAGEL-  
 LONIDES**, eius dexteritate ad Ducale Litvaniæ  
 ſolium euectus. Palatinus deinde Vilnenſis, & Su-  
 premus M. D. L. Cancellarius, externas in cæſorum  
 toties hoſtium cervicibus, & domeſticas in pectori-  
 bus Civium pullulantes Laureas, Signatore, Legum-  
 quē Cuſtode annulo, Auguſtæ Proli **NICOLAO**  
**II.** Duci in Goniadz, Sacri R. Imp. Principi, Pala-  
 tino Vilnenſi, & Supremo M. D. L. Cancellario:  
**ADALBERTO** Epifcopo Vilnenſi, **IOANNI**  
 Gubernatori Generali Ducatūs Samogitiæ, **GEOR-  
 GIO** Caſtellano Vilnenſi, & Supremo Exercituum  
 M. D. L. Duci conſignavit. Meridianum hunc  
**RADIVILIANI** cæli ſplendorem cre-  
 deres? at Ortus erat, innumerorum planè Lumi-  
 num acceſſione, ad immortalis Gloriæ meridiem pro-  
 vehendus. Lucent inter atraſ fatorum noctes, faven-  
 tiſſima Polonæ Argo Luminaria, **CHRISTOPHO-  
 RVS** Palatinus Vilnenſis, Supremus M. D. L. E-  
 xercituum Dux, **NICOLAUS III.** Dux in Birze,  
 & Dubinki, Palatinus Vilnenſis, Cancellarius M. D.  
 L. formidanda Moſchico, Svecicoq; Septemtrioni

Nomina; Szuyscius hunc, triginta millium Moscho-  
 rum clade adoravit, illum frequentatæ Svecorum cæ-  
 des; utrumq; Livonicæ laurus, serenissimâ umbrâ, Pa-  
 triæ Phosphoros, hostium Hesperos coronavêre.  
 Radiat in eodem Celsissimo Ducali Polo, luceq; tri-  
 umphali Polonos implet Annales, **NICOLAUS**  
**IV.** Palatinus Vilnensis, M. D. L. Cancellarius,  
 Supremus Gubernator, & Prorex Livoniæ, Invictus  
 Crucigerorum Triumphator; quorum Gentilitia De-  
 cora Crucem, tesseramq; Ordinis, thesauro Litvaniæ;  
 Livoniam Poloniæ adiunxit, ostenditquè Magnus  
 Bellator, à nullo Patriam pulchrius exornari, quàm  
 qui eandem maiorem efficiat. Rapit reverentem  
 cum palpebra animum, grande illud Poloni, Litvani,  
**RADIVILIANI** cæli Luminare, Aris, & Focis  
 memorabile nomen, **NICOLAUS VII.** Dux in  
 Nieswiez, & Olyka, Comes in Mir, Palatinus Vilnen-  
 sis, Eques S. Sepulchri, Princeps, nunquam promeri-  
 tis celebrandus encomijs, cuius proprium est, quod  
 invicto Poloniarum Regi Magnus Orator inscripsit:  
**In Republica, plusquàm Princeps,**  
**In consilio, plusquàm Senator,**  
**In Curia, plusquàm Iurisconsultus.**  
**In Ecclesia, plusquàm Sacerdos,**  
**In Castris, plusquàm Dux,**  
**In tota vita sua, plusquàm Philosopho.**

Dubitaret Orbis, posse eodem pectore Romulum  
 & Numam, Augustum & Iulium claudi, unâq; spira-  
 re animâ, pacati Tullium ingenij, & bellatorem Pom-  
 peium, nisi in **RADIVILIO** hæc admirabili fæde-  
 re iuncta observâset. Enimverò sive in Augusto  
 Senatûs Poloni Litvaniq; Sacrario, capite; sive in

*Stam-  
 flaus  
 Soko-  
 tovius  
 de Re-  
 ge Ste-  
 phano.*



Martio campo, manu Ducali agendum erat, par utrobique; animi vigor, gladiusque, & calamus, semper Palmaris stringebatur: quin & extra Patriam progressus, Orbem docuit universum: viam Domini nunquam fore gloriosorem, quam si Principum passibus coronetur. Illudque; Poëtae olim oraculum,

*Hic dum Supremam lustrat Iberiam,*

*Et gestit hospes discere plurima,*

*Se nosse dediscit, diuque*

*Ipse sui vagus exul errat.*

Poëticam fidem non excedere, probavit; paribus vestigijs in Patrio, & peregrino solo, ad immortalem Gloriam enitendo. Ducalis illius in Deum, & Cælitates pietatis, stabunt monimenta ære perenniora, fundata, liberaliterque; dotata, cum aliorum Sacrorum Ordinum Asceteria, tum præcipue Nelsviense Collegium Societatis IESV, in quo tot nova in dies in Coronam Celsissimæ RADIVILIANÆ Domûs Decora assurgunt, quot Palladi, & Apollini Ducali, consecrata ingenia, ad Togam Polonam non cessant efformari. Age Eloquentia, ad tantasque; tot Ducum Maiestates deficiente pupillâ, commodata à Ducali RADIVILIANA Aquila Lumina, defige in grandia illa Gentis liberæ Luminaria, MICHAEL, GEORGIOS, Duces in Nieswiez, & Ołyka, IANVSSIOS, SIGISMUNDOS, ALEXANDROS, Duces in Nieswiez; ADALBERTOS, IOANNES, MICHAEL Duces in Kleck, Purpurata Litvaniæ Decora, belli, pacisque; Numina, Patres Patriæ, Sago, & Togâ Potentissimos. Tutum immortale Nomen ALBERTE Dux in Ołyka, Cancellarie M. D. L. Societas IESV perenni-  
oribus marmore, cordium inaravit simulacris, Societas, inquam Pincensis, quam Tua Munificentia erexit,

ut Sapiencia illa, qua Litvanus Nestor totam Patri-  
am illustrabas, in mentibus Iuventutis Litvanæ illu-  
strandis perennaret.

Et iam per tot tantaq; Litvani, **RADIVILIA-  
NIQVE** Poli Lumina, in Te **CAROLE** Princi-  
pum Maxime, ceu in centrum Augustæ Lucis, Elo-  
quentia ferebatur, Superstes Ducalis Poli Lumen a-  
doratura, postquam tot Illustrissimos Magnorum Du-  
cum Manes, tributaria panegyri coluisset: verum in-  
ter Augusta Mausolæa, detinet adhuc illam immor-  
talis Gloria Celsissimi Principis **MICHAELIS**  
Procancellarij & Campi Ducis M. D. L. Augusti  
Tui Genitoris. Spectavit in eo Respublica Vniver-  
sa, non Ducali solum Polo; sed Orbis ponderi susten-  
tando parem Virtutem, Ducalesq; Senatorio Muri-  
ce lacertos coronavit, quibus toties securius, quam  
olim suo Aenæ Phrygius Genitor incubuit. Spe-  
ctavit Deo, Ecclesiæ, Regi, devotam manum, & signa-  
trice gemmâ, Imperatoriâq; Clava exornavit; ut illâ,  
corda Civium; hæc, Capita hostium suæ, Domûsque  
Ducalis æternitati manciparet. Vidit Septicollis  
illa Orbis & Urbium Domina, in Celsissimo **MI-  
CHAELE** redivivum pro Polono Pyrrho Cyne-  
am; vel pro Agamemnone Nestorem, & in Ducali  
Regnatricem Poloniarum Maiestatem venerata, di-  
gnum censuit, Cuius excelsum caput, Augustum ma-  
gnæ mentis Capitolium, Princeps Romani Imperij  
Tiaras coronaret, in quo Orbis Christiani salus, Li-  
bertatis Polonæ Litvanæq; integritas, toties trium-  
phavit. Inter hæc tamen belli pacisque, Domestica  
ac externa Decora, supremum palmareq; fuit Glori-  
osissimo **MICHAELI**, Te **CAROLE** Princeps  
Celsissime Filium habuisse credo ego dum beatam  
communi mortalitatis via, ad immortalitatem transi-

ret, eundem illius de Te sensum fuisse, qui olim Theodosij de Stilicone.

*Ergo age, me quoniam Cælestis Regia poscit,  
Tu Curis succede meis, securus in Astra  
Te vivente ferar.*

Concurrunt ad Eundem Ducalem **RADIVILIANVM** Splendorem, Paternum secuta Lumen, Avitumq; intendunt Orientem Antelucana Solis Poloni Sidera, **NICOLAUS & GEORGIVS**, Tuorum **CAROLE** Princeps Maxime, Par Maximum Fratrum, infestasq; fatorum umbras Ducali Polo, gloriose ac fortunatè propulsant.

Atq; hic est, **CAROLE** Princeps Celsissime, Orientis in Occidente Splendor Ducalis, à Celsissima **RADIVILIANA** Aquila observatus: iam verò, quantum eundem Maternum Orientem Tua illustrat Gloria, me tacente Litvana loquatur Fama.

Procul caliginosæ mundi Sublunaris serenitates,  
Quarum tota Constantia, in motu Solis subsistit.

Erratica, ac levia Lumina proclamo;

Quæ irrequieto axe,

Nunc Oriens, nunc Occidens versat Planeta,

Nulla futura, nisi sic essent inconstantia.

Diem nox, noctemqve dies,

Sudum, pluvius Iupiter,

Amænum Ver, torrida æstas,

Frugiferum Autumnum, sterilis bruma,

Nisi discriminet varietque,

In unum chaos transibit Vniversum.

Nimirum,

Gaudent continuo motu,

Propera in occasum mundi Lumina,

Et perpetuâ inter ortum & occasum agitatione,

Sese vegetat Vniversum.

Procul inquam, instabilia hæc mundi Lumina,  
RADIVILIANVS, Litvano Polus,  
Sidera fixa,

Diem Gloriæ, in meridie;  
Lumina, absquè fatali umbrarum successione,  
Semper exhibuit, exhibetquè.

Magna illa Patrum Patriæ,  
Summa belli Imperatorum,  
Augusta Ducum Lumina,

Quibus à quatuor Sæculis illustrabatur Litvania,  
Occidisse diceres?

Lucent, Patriæquè præsumt Diei,  
In Celsissimo CAROLO:

Vetera Romanorum Lampadophoria,  
In Celsissima RADIVILIANA Domo,  
Toties celebrantur,

Quoties emenso mortalitatis Agone,  
Magni Maximis,

Inextinctam Virtutis & Gloriæ,  
Lampada tradunt.

Hoc discrimine à Romanis Stadiodromis,  
Quod illi singuli Singulis,

Hic uni subinde uniuersi Principes,  
Triumphalia Lumina conferunt;

Vel in uno redoriuntur,

Vt clariùs Patrium Polum illustrent.

Hunc in Te CAROLE Princeps Maxime Polū,  
Æternaturis Luminibus Astræa ostendit,

Quàm ab Astris in terras revocâsti,

Vt Tibi in Sacrario Libertatis Senatori,

In Curia, Legum Custodi,

In Litvano Areopago, tot Regum, quot Iudicum

Hæc Dea,

(Directori;

Gloriosius, quàm olim Pompilio Ægeria,

Xerxi Arthemisia Affidens,  
 Ducalem mentem versaret:  
 Aut hæc Intelligentia,  
 Magno Ducalis Poli Sideri assisteret.  
 Admiratur Cælestis Iustitiæ Præses Virgo,  
 In libra sua prodigiosum æquilibrium,  
 Postquam memorando Posteris exemplo,  
**DOMINICVS & CAROLVS,**  
 Uterquè **RADIVILIVS** Princeps,  
 Signatrice gemmâ librare eam cæpissent.  
 Geminos iam citra prodigium in Libra Soles,  
 In Cancellaria Curuli, geminos **RADIVILIOS,**  
 Adora Litvania;  
 A quibus Litvanæ Astræ Sidus ad Solis invidiam,  
**RADIVILIANVS** Polus, ad Cælorum admira-  
 Oriens Principis **CATHARINÆ,** (tionem,  
 Ad mortualium umbrarum occasum, refulget.  
 Noverit sera Posteritas,  
 Augustis posterorum splendoribus,  
 Maiorum Lumina,  
 Ad immortalitatem extendi,  
 Prodigiosumquè effici Orientem in Occasu.





# S P L E N D O R

Affinium Cognatarumq; Familiarum,  
Ducali RADIVILIANO Splendori

Fæderatus.

IN ORIENTE IMMORTALIS GLORIÆ

A DVCALI RADIVILIA.

NA AQVILA

Observatus.



ertinebat CAROLE Princeps Celsissi-  
me, tum ad Gloriæ Tuæ amplitudinem;  
tum ad CATHARINÆ Principis Se-  
renissimæ

G

renissimæ Maiestatem; in Oriente immortalis Gloriæ,  
Regium Ducalemque; Splendorem, fæderatâ Affini-  
um Cognatarumque; Familiarum serenitate coronatum,  
amplissimo Principis Aquilæ aspectui proponi; ne a-  
liqua, extra Regium, Ducaleque; Iubar obortâ luce,  
ultra Orientem immortalis Gloriæ avocaretur. De-  
cuit, Domesticum Splendorem, Affinibus coronari  
luminibus, ne quid ad Maiestatem Serenissimi Ori-  
entis desiderari, Orbis censurâ argueretur. Quæcun-  
què igitur laureata Sagi, gloriosissima Togæ Polonæ,  
Litvanæque; Lumina, in patrio refulgent cælo; omnia  
fæderato Splendore in Serenissimum Principis CA-  
THARINÆ confluunt Orientem, *solemque; suum*  
*sua sidera norunt*, ut cum eodem, innovato lumine, ad  
immortalem Gloriam redoriantur.

Vir-  
gili  
us

Feruntur in Augustam Orientis Serenissimi Ma-  
iestatem, cognatæ **NEOBURGICORVM**,  
**BRANDEBURGICORVM**, & Saxonæ Prin-  
cipum Serenitates: in eundem immortalis Gloriæ O-  
rientem, per extinctas mortis, Fatorumque; noctes, per  
illustrata Celsissimarum in Orbe Litvano Dignita-  
tum fastigia, pleni Hyperionis instar; concurrunt uni-  
versus Celsissimæ Ducalis **SANGVSZKANÆ**  
Domûs, Splendor, Celsissimam Principem **AN-  
NAM CATHARINAM**, Augustam Tuam  
**CAROLE** Princeps Iclyte, Consortem, suam ve-  
luti auroram comitatus. Quidquid à primo **LV-  
BARTO**, **SANGVSZKANÆ** Stirpis Augusto  
Progenitore, Gentilitius Ducalis Bellerophon, in va-  
stissimum Orbis stadium emissus, gloriose lucis, in Au-  
gustum, quot Ducum, tot Divorum Panthéon im-  
portavit; id totum, in **RADIVILIANVM** trans-  
fundit Orientem. Traxit ab Oriente, cum mancipa-  
tis Imperatorum Orientalium affectibus, prodigiosam  
lucem

lucem, **DEMETRIVS SANGVSZKO** Dux  
Slucensis, & Vlodimiriensis; accendit Serenissimam  
è nitratis Bellonæ ignibus, immortalitatis diem,  
Mars Litvanus, Invidus Moschorum, Scytharumq;  
Domitor Romanus **SANGVSZKO**, Dux in Nie-  
swicz, & Lokacz, Palatinus Braslaviensis, Campi  
Dux M. D. L. Extendere immortalitatis **SAN-  
GVSZKANÆ** cum Sole diem, **ANDREAS,  
IAROSLAVS, LEO, GREGORIVS**, Duces  
in Koszyrz, & Kowel; **BASILIVS, GREGORI-  
VS, ANDREAS, SAMVEL, CASIMIRVS,  
HIERONYMVS**, Duces in Smolany &c. Omnia  
hæc orbis Litvani Lumina, totus Celsissimæ Ducalis  
**SANGVSZKANÆ** Domûs Splendor, Serenissi-  
mum **CATHARINÆ** Principis Tux Magne  
Dux Genitricis illustrat Orientem. In eundem, tri-  
umphalibus annosum lustris iubar suum, transfert Au-  
gusta Ducum in Korec, & Ostrog, **OLSZANEN-  
SIVM, CZARTORYSCIORVM**q; serenitas.  
**SAPIEHANA SAGITTA**, fortitudinis Orbi  
notæ, Gloriæ cælo vicinæ Splendorem; **POŁVBI-  
NIANA AQVILA**, collectam per orbem lucem,  
perenni affinitate eidem sociat Orienti. Hûc **TE-  
CZYNIORVM, LVBOMIRSCIORVM**, Glo-  
riæ, virtutisq; lumina congeruntur: **HLEBOVICIO-  
RVM, SŁVSZKARVM, SIENIAWSCIO-  
RVM, TYSZKIEWICIORVM**, Cynthiæ æ-  
mulum solis iubar, **WOŁOWICIORVM, ZA-  
MOYSCIORVM**q; Decora, eidem Ducali Ori-  
enti perennaturam inferunt lucem. Hûc Comitum  
de **STREZZEN, & DONHOFF**, innúmerorum-  
què cæterorum (quis enim tot astra valeat numera-  
re) in Polono, Litvanoq; cælo æternis fulgoribus ra-  
diantium Decorum, fæderata Ducali Splendori con-



currit Serenitas; ut Augustum **RADIVILIA-**  
**NVM** Polum, & immortalis Gloriæ Orientem, se-  
renissima luce radiare, tot Polorum Serenitates, pe-  
renniq; splendore coruscare, tot sæculorum triumphā-  
les æterniq; approbent ignes.

Atq; hīc est **CAROLE** Principum Gloriosissi-  
me, Ducali Celsissimo Polo Tuo, affinium cognata-  
rumq; Stirpium Splendor fæderatus, qui tot in se,  
ex orbe pæne universo collectis Luminibus, Sere-  
nissimum Principis **CATHARINÆ** Orientem il-  
lustrat, Regium, Ducalemq; Splendorem intendit,  
Patriæ universæ, Augustæ Ducum, Patrumq; Patriæ  
Matri parentantis, Nomini ac Honori **RADIVI-**  
**LIANO**, devotissimi Academiici Equitis, coronat  
obsequia. Tu verò Eloquentia **RADIVILIA-**  
**NAM**, ut cæpisti, Aquilam comitata, Regio Duca-  
liq; Splendore, exploratam pupillam, in ipsum supre-  
mo aspectu gloriosissimum defige Orientem, & si vin-  
dex in pupilla lumen senseris, debitum Serenissimis  
Principis **CATHARINÆ** Manibus, persolves la-  
chrymarum tributum. Admove viciniorem Duca-  
li Mausolæo gradum, & super sustentatore glorio-  
sissimi Orientis, Regali Clypeo, quidquid in eodem  
Oriente observaveris, toti legendo æternitati in ara  
stylo.

Attolle oculos in spectaculum admirabile,

Erige animos in admirationem,

Polone, Litvane, imò universe Orbis.  
parca hæctenus, & sterilis in Purpura Virtus,

Novum prodigium,

In una Principe **CATHARINA**,

Plurima Principum prodigia exhibet.

Verè ad prodigium prodiga Virtus.

Et

Col.

Collecta penitus in **CATHARINÆ** graphidem,  
Actuosa natura;  
Plures Heroidas,  
In unam collegit **HEROINAM**.  
Prudentiam virtutum gemmam,  
Gemmarum Principem Adamantem,  
Ducalium mentium germanum decus,  
In Principe nostra quæris?  
**CATHARINA** Princeps, Principi **MICHAE-**  
**LI** idem erat,  
Quod Cyro Aspasia,  
Traiano Plotina,  
Augusto Livia.  
Pietatem in subditos inquiris?  
Pulcherias, Blancasq;  
In **CATHARINA** vixisse, non dubita.  
Religionem in Deum, & Cælites postulas?  
Totum muliebrem mundum eò vertit,  
Ut mundo non placeret,  
Non ignara, pulcherrimum esse Cælitum cultum,  
Mundo displicuisse.  
Non invidemus Poloni Pannoniæ,  
Elisabethas Regum filias  
Reginali manu lanam, & colum,  
Magnificentius quàm sceptrum tractantes.  
**CATHARINÆ** Principi pro Deo,  
In negotio salutis,  
Nullæ feriæ,  
Quies irrequieta,  
Otium, labor;  
Somnus, vigiliæ;  
Cogitatio Deus, & Æternitas,  
Quoad vixit, exstitit.  
Ne liberam mundi illecebris mentem

Aurum illaquearet,  
Templorum laquearia deauravit, non aulæ.  
Auræa manu quidquid attigit,  
Citra Lydiæ virgæ prodigium,  
In aurum Deo sacrum convertit.

Age Lisyppe Dolor.

In Regio SOBIESCIANO Scuto,  
Potius in adamantina Iovis Poloni Ægide,  
Tot tantaq; in Serenissima CATHARINA  
Virtutum lumina observata,  
Ad Principum Heroinarum exemplum,  
Ad Patriæ universæ solatium,  
Ad gratum Augustæ posteritatis spectaculum,  
Exara.

Legant, stupeantq; posteri,  
In Regnatore Clypeo,  
Ducalia Decora,  
Quot virtutes, tot gemmas,  
Quot gemmas, tot sidera;  
Quot sidera, tot grandia Luminaria;  
Immortalis Gloriæ Orientem in Occasu,  
Nempe,

Principem Serenissimam CATHARINAM,  
Suum veluti solem circumstipantia.

Iactet Amphiliam Cymbria,  
Excudatq; in auro illud:  
*Amphilia Cymbriæ Serenitas,*  
Verius dixero:

CATHARINA Princeps  
Ducalia inter Mausolæa,  
Divos inter RADIVILIORVM Manes,  
Super Regali Scuto,  
Perennabit  
Poloni, Litvaniq; Orbis  
Serenitas.

At

At Tu CAROLE Principum Gloriosissime  
publici doloris umbris pressam pupillam, in Mater-  
num, Serenissimum erige Orientem; hunc inquam  
Orientem, quem Polonæ Maiestatis Cor, Ducalis  
stirpis Gloria, Religiosorum Mater, Principum re-  
ligiosissimarum Sol, CATHARINA Princeps,  
proposuit; laureatus Equitis Litvano - Academici  
stylus, orbi universo ostendit. Quodsi Academica  
hæc Panegyris, tantæ Principis Maiestatem, con-  
dignis ad immortalitatem præconijs attollere non  
valuit; debebatur id Ducalis RADIVILIANÆ  
Domûs magnitudini, ut ad eam quantacunque en-  
comia decrescerent: illud enimverò Romani Scri-  
ptoris effatum, oracula inter censeo numerandum,  
*Gloriosum est res illustres gerere, sed non minus  
arduum, ita easdem scribere; ut facta dictis exe-  
quentur.* Eadem Equiti Academico mens, eadem  
menti sententia est, qua olim Erigonus Syracusa-  
nus, Niceam confutavit: cùm enim argueretur,  
quod non pro Maiestate, & æternitate raptum  
Proserpinæ adumbrasset, reposuit, *mibi verò satis  
est, raptus proserpine memoriam excitasse:* arduum  
profectò, sæculorumque negotium est, religiosissimas  
in purpura virtutes, imò plurimas in una Principe,  
Heroinas Principes, operolo naturæ & virtutis in-  
genio, expressas, condignis ad immortalem gloriam  
encomijs, sublimare. Erunt, erunt millena Oratorum  
ora, totidemque Scriptorum pennæ, quæ immortale  
Serenissimæ CATHARINÆ nomen, per Re-  
gna & populos, per supremas terrarum regiones,  
attollent. Ad extremum Deo, Cælitibusque ere-  
ctæ & consecratæ, Eandem Serenissimam,

*Magnificæ moles & saxa loquentur & Aræ.*

Itaq; Polonus Litvanusque Orbis, Augusta belli  
pacificq;

pacisque Numina, obsequioso Academicæ Palla-  
dis stylo, Principis CATHARINÆ Mausolæo,  
pro terminali Ducalis panegyris inscribit Epilogo:

*Hæc vel corusco se prope siderum,*

*Curru locavit; vel propior Deo,*

*E nube reclinis Curuli,*

*Sub pedibus sua fata cernit.*



**W SCHOD  
NIESMIERTELNEY SŁAWY,**

**NA ZACHODZIE  
ZYCIA SMIERTELNEGO,**

**ZA KRES TRYUMFALNY**

**I ASNIE OSWIECONEY, XIĄŻĘCEY SANGVSKOW**

**POGONI,**

**WYSTAWIONY:**

**A PRZY POGRZEBOWYM AKCIE**

**NAIASNIEYSZEY S. R. I. XIĘZNY,**

**KATARZYNY RADZIWIŁOWEY,**

**PODKANCLERZYNEY W. X. L. &c. &c.**

**I ASNIE OSWIECONEY XIĘZNIIE IEYMOŚCI,**

**ANNIE SANGVSKOWNIE**

**RADZIWIŁOWEY,**

**PODKANCLERZYNEY W. X. L. &c. &c.**

**UNIZONĄ SVBMISSYĄ PREZENTOWANY,  
OD**

**Akademiej Wileńskiej Societatis IESV,**

**Przez**

**Hieronyma Godebskiego, Chorążycę Pińskiego,**

**wteyże Prześwietney Akademiej, Eloquencyey  
Auditora.**

**Roku Pańskiego, 1695,**

# KRES TRYUMFALNY NA WSCHODZIE NIESMIERTELNEY SŁAWY.

IASNIE OSWIECONEY SANGUSZKOW POGONI,  
NAIASNIEYSZĄ HERBOWNĄ ZESZLEY WBOGY  
NAIASNIEYSZEY XIĘZNY TARCZĄ,

Drogiemi cnot Xiążęcych kleynotami ozdobiona,  
reprezentuiący.

**N**A Wschodzie / na Wschodzie / tryumfalnym ślaskiem  
W antagonia z Jowiszowym Praskiem /  
Dzielna **POBITY** / puszczay sie! wstaj Cnota  
Już Cyprysowec otworzyła wrota,  
Dopędzay kresu / kiedy świeca zorze  
Oczywiście miłe / ty przy Hyperborze /  
Kobowym niegdy / ktoryś tryumfował;  
Kiedy polnocne Tyrany wołował /  
Siegales Dniestru / gdy Borysten pisał /  
Wschod Tractki oraz dzielnie Diezdżiles.  
Już Wschod życzliw był / za kres tobie sława /  
Który zakłada nieśmiertelna sława.  
Widzisz / iakiemi świeci kleynotami /  
**TARCZA** na Wschodzie: iak między gwiazdami  
Sliczna Dyana: już już wiatry goni /  
Dprzemy Orzeł Tobie / Cna **POBITY**.  
Wiec że w paragon bierz sie lotnym krokiem /  
Niezatrzymana grubym śmierci mrokiem /  
Z ktorego / **XIĘZNY** Wielkiej ochyniony  
Wschod / saurmoćkie świeci przez Tryony.  
Do **SANGUSZKOWY** Nitry te kleynoty  
Należą / w ktore Naiasnieysze Cnoty /  
Przemienily sie **XIĘZNY** / wieczne sieia /  
Kiedy splendory / śmierci cmy niszczais.  
Kleynot to drogi / y rzadko widziany /  
Cnota w Purpurze / wyżej śacowany  
w Berle diament: iasnieysze bywaia /  
Swiatla / ktore świat / z Thronow oświecaia.  
Kleynoty te sie iesli gdzie dzielily /  
**W NAJASNIEYSZĄ** sie wszystkie zgrupowały  
**BRD**

**KROLEWSKA SIOSTRA** / właśnie iak strumienie  
 Do swego źródła / do słońca promienie ,  
 Pani ro / Kroyey sławy / ni wysoki /  
 Olymp niezmierył / ni obiał Heroki /  
 Swiata Polskiego okrag / gdzie nieznaný  
 Nilus swych źródeł / między Mirytany /  
 Do tych czasů Gula ; tam Maiestat złoty /  
**KADZJWJLOWSKJEX** / dziś zachodzi Cnoty /  
 Pani / w bezludnym cieniu y nąstronie /  
 Wielka / w **XIAZECY** przed światem Koronie .  
 Ona / nie serca Łańcuchy złotemi /  
 Ale wiazala dobroczyny swemi .  
 Jey ci ro reki / własne było dzieło /  
 Co komu bezesćie nieprzyiązne wzięło /  
 Hoynie nagradzać / Pánskie zaś Swiatnice /  
 Dzey swietey reki / iakoby z skarbnyce /  
 Dostatek / y swoy splendor je miewaly /  
 Przez cała wieczność / beda wyznawaly .  
 J ten też kleynot / w **XJEJNJE** nąssey drogi /  
 Ktory zwył / ludzie liczyć między Bogi ;  
 Mysl Pánsta / z Bogiem vprzeczynie złączona /  
 W swietey wieczności stale zanurzona .  
 Niady iey plonnie / czas nieleciał skory /  
 Wbystkie Pánskiego życia / złote pory /  
 Godnemi lauru / czynami wazyla /  
 Dostoyne czyny / wiecznością mierzyla .  
 Konterfety żywy / doskonałey Cnoty /  
 W tey wystawily / Cnot drogich kleynoty /  
 Pandorze Polskiej ; rowney Heroiny /  
 Przez wbystkie swiata skutacby krajny .  
 Erytreyskiemi / stroyna ozdobaami /  
 Między pybnemi ieżdżac palacami /  
 Niech Matka Bogow / w Frygiyskiej Karocy /  
 Pospne tlumi / y rospedza nocy .  
 Lecz **NAJASNJEJSZY XJEJNJE** / ta sta zdala  
 Podla ozdoba / Ktora lub wylala  
 Bogata Therys / na brzegi Hermowe /  
 Lub Ktora toczy wody Paktolowe .  
 Wieczności glansem iasniące czyny /  
 Ozdoba byly Wielkiej **KATARZYX** .



Właſto perłowej Korony / iey czolo /  
 I myſl' wieczności wwieczyło koło /  
 Do tegoż krefu waleczna **POGON** /  
 Śmierzą odważnie / od ktorego ſtroni /  
 Śatow nienawiſć żaiadła / pierzchliwych /  
 I Pałk pochmurne noc / śmierci chciwych .  
 Bierz do dziedzicznej Mitry / te Kleynoty /  
 Macierzyńſkiemi / two **KJAŚCIS** Cnory  
 Koronny **ANN** Jaśnie Oſwiecona /  
 Tobie / niezwiędłym Laurem ozdobiona  
 Sława / niech wie wſyſtkie ſzcześliwoſci /  
 Na cyrkul złoty / **KJAŚCIS** wieczności .  
**POGONIA** / ktora dziś na w ſchodzie ſtawa /  
 ſachodu nigdy niechay niuznawa .  
**KAROL** y **ANN** / wielkie **KJAŚCIS**  
 Ozdoby Mięba : niechay z Fryrowego  
 Runa / im wiecznie zholdowane ſataz  
 ſzcześliwe / długie / złote / wia lata .

## KRES TRYUMFALNY NA WSCHODZIE NIESMIERTELNEY SŁAWY.

IASNIE OSWIECONEY XIĄŻĘCEJ SANGVSZKOW POGONI,  
 IASNIE OSWIECONA XIĄŻĘGA MITRA RADZIWIŁOWSKA,  
 W ſmiertelnym cieniu Naiſnieyſza .

**N**loche to nader y ſłabe pozory /  
 I błyskawicami całe ſie rownaia /  
**L**ub Naiſnieyſze przed ſwiątem ſplendory /  
 Ktore / przed lekką burzą vnikają .  
 Łada obłotiem / drobnieyſzy przyſuty  
 Gaśnie Planeta / y z ſwietney vrody /  
 Lub ſie zda iaśnieć / iałby był wyzuty ;  
 Kiedy ſtateczney niechowa pogody .  
 Nie trwale / ſwiatła ſa y owe mocy /  
 Ktore nieſwieca bez ſwiatła drugiego ;  
 Ani roſpedza niefortunnych noc /  
 Gaſna / niſzczenia / ode tchu iednego .

Tak wiec y Kiezye chmarzy swoje czoło /  
 Gdy nie wżyczy swoiey mu światłości  
 Wesołe feba pogodnego toło ;  
 Gasna z Kiezycem y mnieyşe iasności /  
 Ktoremi pyßay firmament iasnieie ;  
 Odmiany w gwiazdach; z tadci niestateczne/  
 Ktory ma w słońcu obrotnym nadzieie  
 Splendor / promienie niezdobia go / wieczne.  
**ADZJWJLOWSKJES** lecz Nitry splendor /  
 Nigdy przeciwna nie przyémione noca /  
 Kiezycey sławie świetne zawße pory  
 Sprawuiac / gardza silnych fatow mocą .  
 W smiertelnym cieniu kiedy gasi mnieyşe  
 Them Libityna zawisnym / pochodnie ;  
**ADZJWJLOWSKJES** czyni potężnieyşe ;  
 Jt vstaiaca noc / światłości w schodnie .  
**KJASECES** Nitry miedzy splendorami /  
 Jako ka bunbul gora ma iedyny /  
 Lub na obßemi miedzy kamieniami /  
 Naiasnie, sey Cnot / splendor **KATARZYNY** .  
 Niechay sie sili frogosć Persefony  
 Craz ; Ereben calym oburzona /  
 Niech świat mießala wálne Aquilony /  
 Polska Dyana niebedzie zaémiona .  
 Z Nitry **KJASECES** geste blyßkawice /  
 Z zlaczonym światlem sarmackiey Korony /  
 Dalekie ziemi oświeca granice /  
 Aż po ostatnie świata Kaledony .  
 Do regoż kresu pospießay laurowym  
 Traktem / waleczna **POSONY** / niech Cnoty  
**KJASECES** / światłem Koronite nowym  
**ADZJWJLOWSKJES** sławy splendor złoty .  
 Niech **KATARZYNY** Naiasnieyßey sława /  
**WANNJES** przez świata otrag niezmierny  
 Nocy fatalnych nigdy nieuznawa /  
 Niech wiecznie Polskie oświeca Tryony .



# KORONA IASNIE OSWIECONEGO ORŁA Y POGONI.

PO ODPRAWIONEY ANTAGONIEY  
Na wschod niesmiertelney sławy.

**N**ij po Antagoniey / skłoń się do Korony  
z **POBUDZA ORŁA** dzielny / y niezwyćiszony.  
Niechaj że wieniec laurowy /  
Zwycięskie otoczy głowy.

Równymieście impetem wschodu dopędzili /  
Równą odwaga Cnoty trakt trudny przebyli.

Tuż zwycięskim po zawodzie /  
Termin wasz miły na wschodzie.

Wam **Maiásnieysza** / wieczność swoje **KATARZYNA**

z Korony oddaie / **Macierzyniska** / Syna

Niech **Jásnie Oswieconego** /

W oczach świata **Sarmackiego** /

zdoła / Cnoty y sławy **Elwynoty** zebrane

W Korony / samey reka wi czności wiazanej

Niech w **KAROLU KATARZYNA**

Wieki nowe żyć poczyna.

J na twe skronie **ANNO JASNIE OSWIECONA**

Taż się **KAROL WJŁOWSKA** wieczności Korona

W praż / niech ia twoie lata

Sprzyiające zdoła fata.

Niechaj się chelpi **Manto** / że ia para synow

Niosła na reku swoich / w poczet **Apollinow**

Niech też y **Lampido** ona

**Matka** / córka / oraz żona

**Krolewska** : lecz szczęśliwsza y obłożyc skronie

**Godnieysza** laurem / ktorey Cnoty inż w Koronie

Potomnym się dostawaia

Słowom / ktore dostęgaia

**ÆJADECA** Nieba sława / aby po ki świata

Stanie ; nad podła diemie / nad przeciwne fata /

Nad **Bury** / nad ostre **Noty**

**Macierzynskie** niosły cnoty.

Uje Bezśólna Mátka/ w Bliżie wysokiem/  
a ciz **KJAZĘCU** Páro/ nieśmiertelnym okiem  
Niema sja wnurzać/ bez miary/  
Wonne gdy czuje ofiary.

Będzie to/ nieśmiertelna sława rojnośiła/  
Je ste w wielkich Poromkach Mátka odrodziła/  
Nad żywot / Który obiera  
Śmierć / Bezśólna by żyć zaczęła.

Żyćie pod Macierzyńskiej Korona wieczności /  
Do myśli Wam pomyslne mieycie Bezśliwosciż  
Niech swoje Fortuna Koło /  
Wam rozzy zawsze wesolo.

**KJAZĘCE** niechaj Imie/ głoścac przez Heroki  
Świat Sarmacki/ wynosi nad Olymp wysoki;  
Tak cala Opczyzna sprzyia /  
I nasza **AKADEMIA**,

